



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Institutiones Canonicae

Schnorrenberg, Anno

Coloniae, 1740

LXXXVI. Damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sibi debet, non aliis
imputare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)



REGULA LXXXVI.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.

Quaeres. Quae Regulae aliàs ex terminis perspicuae ratio?

32. Quia damnum quasi poena suum tenere authorem, nec ulterius progredi debet. *L. sancimus. 22. C. de poen.* & sicut causae effectus alteri non imputatur, ita damnum culpa auctori, ex quo sequitur, est imputandum.

Exempla sunt 1mo in *Can. displices. 38. caus. 23. q. 4.* ubi reo imputatur, quod ad Iudicem deducendus seipsum

laserit, ad terram graviter collidendo. 2do in *Cap. si Clericus 11. de praebend. in 6.* cum duo Beneficium essent expectantes, illi imputatur, quod praebendam vacantem non acceperit, qui eam petere negligenter omisit. 3tio. in *L. emptore. 8. C. de eviction.* si emptor re evicta in Iudicio non fuit, de evictione non agit contra venditorem, cum sua culpa res evicta videatur.

C A S U S.

Ad utramque Regulam.

Zaverius Villae elocationem sub hac suscipit conditione: ut ejus emolumentis liberè fruatur, & omnia onera tam realia quam personalia sustineat, & ad casum fortuitum ac quodcunque damnum villae obvians teneatur. (A) *Zaverius* tempore elocationis famulos Villae Vicinae fructus ex arboribus decerpentes in horto invenit, quos cum fervorum suorum adjutorio egregiè delumbavit, ad quod vindicandum omnes arbores nocte se-

quenti exciduntur. (B) Canes domesticos de nocte non ligavit, qui ad villam vicinam excurrentes omnes potcos occiderunt. (C) Cohors Militaris à *Zaverio* hospitium petit, cui cum durius *Zaverius* respondens portas clauderet, milites in furorem acti foribus extractis, obviam quoque destruxerunt. (D) Ex agris Villae vicinae partem quandam suis agris successu adjecit; unde magnam sustinuit litem, & tandem succumbens in expensas

penas condemnatur. (E) Filios suos mittit, quod rescientes vicini repressaliis ulciscuntur. (F) Nocturno tempore vagari, ac ex horis vicinorum fructus depradari per-

RESOLUTIO.

(A) **D**E substantia locationis sunt res & merces, quibus contraria contrahentium voluntas derogare non potest, in presenti autem non est merces, quæ in contractu locationis est vel portio fructuum, vel certa pensio. Dicendum igitur, quod sit contractus innominatus, per quem datur alteri potestas liberè fruendi bonis erga onus periculum rei & casum fortuitum sustinendi.

(B) Si propter inimicitias Conductoris Vicini arbores exciderunt, aut rebus locatis damnum intulerunt, sibi, & non locatori Conductor damnum imputare debet per *Reg. 86. & L. si merces. 25. §. 4. ff. locat. conduct. L. damnum. 12. C. de locat. & conduct.*

(C) Negligentiæ suæ imputare, & vicino villico satisfacere debet, si Canes de nocte villam exire soliti pecoribus Vicinorum detrimentum causarunt.

(D) Eodem modo damna à militibus ob indiscretionem & rusticitatem suam illata resarcire tenetur.

(E) Expensas sibi & iniustitiæ suæ imputet, cum malâ fide rem alienam suæ adjunxerit, & temerariè litem sustinuerit.

(F) Detrimenta per Vicinorum repressalias facta sibi adscribat, cum illorum per nimiam in filiorum evagatione & nocturna grassatione conniventiam occasionem dedisse censetur.

